

quae in promissionem intuens certo statuat nos exaudiri propter mediatorem. Sexta^g consideratio est rerum petendarum, ne oratio inanis βαπτολογία sit.

[92:] Quod est discrimen in petitione bonorum
corporalium et spiritualium?

Cum petimus beneficia spiritualia vt remissionem peccatorum, reconciliatio- 5
nem, vitam aeternam, gubernationem animae, fides simpliciter et sine vlla
conditione expectet haec bona, quia Deus nominatim promisit se haec datu-
rum esse, cum vero petimus beneficia corporalia vt victum, defensionem,
liberationem in morbo etc. In his fides certo statuat, preces nostras placere 10
Deo et exaudiri, sed cum inuocatione simul afferat voluntatem paratam ad
obediendum in afflictione, si Deo ita videatur, quia Deus vult ecclesiam in
hac vita exerceri cruce et afflictionibus et tamen seruat eam mirabiliter.

Ideo sancti petunt a Deo beneficia corporalia cum conditione vt leprosus Matth. 8: „Domine,
si vis, potes me mundare.“¹⁷⁹ Daudid 2. Reg. 15: „Si volet dominus, reducet me. Si dixerit:
„non places“, praesto sum.“¹⁸⁰ Nec affert haec conditio dubitationem, quia vniuersaliter 15
etiam in corporalium rerum petitione Deus preces ex-[93]audit et dat aut liberationem aut
mitigationem aut consolationem interiorem.

^g VI.: E.

¹⁷⁹ Mt 8,2.

¹⁸⁰ II Sam 15,25f.